

## VIII. CAPVA REGIVM.

Viae Capua Regium itinerarium habemus scriptum ab ipso viae auctore, qui videtur fuisse P. Popilius C. f. cos. a. u. c. 622, in titulo infra relato n. 6950; itinerarium id vetustissimum cum iis quae supersunt saeculi labentis supra composuimus Capua Nuceria p. 58 n. III, Nuceria Regium Iulium p. 2 n. III. Hoc loco addimus eiusdem viae meminisse Strabonem 6, 3, 7 p. 283, ubi ait ex Graecia et Asia Romam homines proficisci solere tribus viis, scilicet Brundisium appulsos aut per Barium et

Canusium aut per Tarentum et Venusiam tendere Beneventum et inde Romam, Regium autem qui navi venissent, inde per Campaniam Romam iter facere: τρίτη δ' ἐστὶν ἐκ Ἰγγίου διὰ Βρεττίων καὶ Λευκανῶν καὶ τῆς Σαυνίτιδος εἰς τὴν Καμπανίαν συνάπτουσα εἰς τὴν Ἀππίαν, μακροτέρα τῆς ἐκ Βρεντεσίου τρισὶν ἢ τέτρασιν ἡμέραις διὰ τῶν Ἀπεννίνων ὄρων, ubi sane Samnium rectius omisset.

6950 [= 6276] Pollae in caupona ad viam regiam vidi EGO. — In principatu ad basim FERR. IVC. ALC. APIAN. 104. 495 WAELSC. 4; in Lucania in via publica BON.; in Lucania apud viam publicam LIL.; in Lucaniae via epigramma, cui deest principium et aliquot aliae litterae ob saxi fracturam AMBROS.; in Lucania in via, sed deficit principium OLIV.; in Lucania ad basim in Atinate campo prope Pollam MEERM; Tegeani in Calabria SMET. CVM SVIS; in vallo (sic) Dianae in Apollo SANVT.; a la Polla in la valle di Diana in ecclesia S. Petri in Burgho FILON.; a la Pola in valle Dianae in Basilicato (est Lucaniae pars) METELL. 6039; Apollae in publico hospitio VORST; in pariete cauponae della Polla vocatae GVALT. — Tegeani è terra di Calabria nelli Brutii su la via Appia che andava a Columnella LIGOR. 17. Nella taberna di Schillace o Scyllace neli Brutii . . nel episcopato LIGOR. 19.

p. popilius c. f. cos u. c. 622  
VIAM · FECEI · AB · REGIO · AD · CAPVAM · ET  
IN · EA · VIA · PONTEIS · OMNEIS · MILIARIOS  
TABELARIOSQVE · POSEIVEI · HINCE · SVNT  
NOVCERIAM · MEILIA · 21 · CAPVAM · XXCIII  
5 MVRANVM · 2XXIII · COSENTIAM · CXXIII  
VALENTIAM · C2XXX/ · AD · FRETVM · AD  
STATVAM · CCXXXI/ · REGIVM · CCXXXVII  
SVMA · AF · CAPVA · REGIVM · MEILIA · CCC  
ET · EIDEM · PRAETOR · IN [XXI/]  
10 SICILIA · FVGITEIVOS · ITALICORVM  
CONQVAEISIVEI · REDIDEIQVE  
HOMINES · 2CCCCXVII · EIDEMQVE  
PRIMVS · FECEI · VT · DE · AGRO · POFLICO  
ARATORIBVS · CEDERENT · PAASTORES  
15 FORVM · AEDISQVE · POFLICAS · HEIC · FECEI

Descripti et charta expressi. Est in vol. I n. 551, item ad lapidem in tabula Ritschelii LIB, quae item prodiit in eiusdem mon. epigraph. tribus Berol. 1852 p. 3 = opp. 4, 115. Antiquissimum tituli exemplum legitur apud Ferrarium cod. Reg. f. 100', Bononium Ott. f. 50, Alciatum Feae 75, Lilius f. 178, Peutingerum cod. August. 527 f. 8 (inde Marg. Velsaria epist. f. 39), in cod. Ambros. C. 64 inf. f. 2', Olivae Oxoniensi f. 82, Ligorii Taur. 19, Metelli Vat. 6038 f. 19 (quod exemplum plane respondet Ligoriano modo citato vel in versuum distributione falsa), Vat. 6040 f. 7, Waelscaplii f. 4, item in cod. Meermanniano Lugd. publ. 213 f. 30, nisi quod hic loci indicatio aucta est aliunde. Id ipsum exemplum est apud Iucundum in libro Berolinensi f. 118 aliisque, sed in Veronensi f. 162 emendatum ad lapidem; quod exemplum emendatum ex compilatoribus Iucundi quod sciam nullus habet. Interpolata tota 'ex Pontani libro' (sic Smetius in libro edito; 'Pontani exemplum' Waelscaplii) vel 'ex misso exemplari Hadriani Guilhelmi' (hoc addit Waelscaplii) inscriptio legitur apud Smetium inter Waelscapliana f. 3 et ms. Neap. p. 2 et ed. 1, 12 (inde Manutius orth. 682, 2; Ligorius Neap. 35 p. 273, Taur. 17, Bodl. f. 158'; Grut. 150, 6). Ex lapide Sanutus cod. Veron. f. 143; Filonardianus liber f. 83; Metellus Vat. 6039 f. 364 d' a Simone Vallamberto; Vorstius apud Buchellium Hee 8 et Scaligerum cod. Lugd. 64 f. 173; Cittadinus cod. Marc. p. 276, cod. Vat. 5253 f. 355. 395 eodemque exemplo (scilicet vel in falsa versuum distributione conspirant Cittadinus 395 et Metellus 19, I) Metellus Vat. 6038 f. 19 (subscriptum est in eadem pagina eiusdem tituli exemplum antiquissimum; ad hoc exemplum Metellianum potissimum edidit Grut. 150, 7 addita v. l. ex schedis Antonii Augustini, Antonii Verderi, Io. Vinc. Pinellii, Ursini, Vorstii; Gudius, cuius additur v. l. in Gruteri ed. 2, lapidem non vidit, excerpta quaedam ex titulo posuit in syll. ms. 34, 5. 873, 7, ed. 72, 6); Gualtherus Sicil. (1624) n. 396 qui vidit; Cluverius Ital. ant. 1624 p. 296 additis Holstenii adnotationibus p. 292. 302 (in adn. ms. ad Bergierum isthic [ad tabernam Pollae] descripsi, sed posterior pars — ET EIDEM cet. — nunc non comparet'); Mandelli Luc. ms. 1, 217 = 2, 266; Pacichelli mem. nov. de' viaggi 1690 t. 2 p. 128; Morisani inser. Reg. 1770 p. 172 sq. fuse de titulo commentatus; Voyage pittoresque de Naples 3 (1783) p. 154; Swinburne travels (1790) 4, 343; Tommasini Spatziergang (1828) p. 41; Guarini var. mon. 1835 p. 64 ab Abbatimarco; Albirosa 1840 p. 66; Garrucci Lig. Beb. p. 41 cf. opp. arch. 1, 250. Orelli 3308.

Varia lectio quamquam per se utilitatem non habet, tamen adscripta est Ferrarini Alciati Liliique, ut ex horum consensu Antiquissimi lectio intellexeretur, item Iucundi emendati, Sanuti, Filonardiani libri, quoniam haec ad auctoritates determinandas facit. — 1 FECEI Ferr. — RHREGIO Lil. — 2 MEILIARIOS Iuc. et ex em. Fil. — 3 TABELARIOSQVE Ferr. Alc. Lil. Iuc., TABILLARIOSQVE Fil. — POSEIVEI Ferr., POSIVEI Lil. — HINCCE Lil. (m. 2) Alc. — SVN San. — 4 MILIA San. — CAPVAM] AD·CAPVAM Iuc. — XXCIII San. Fil. — 5 MVRANVM Alc., MVRANNVM Fil. — COSENTIAM Ferr. Alc. (non Lil.) Iuc. — 6 CLXXX□ Ferr., CLXXXX□ Alc., CLXXXII Lil., CLXXX□ Iuc. San. Errorem in passuum milibus Consentia Valentiam numerandis commissum et ad sequentes quoque numeros propagatum quadratarius emendavit sublata i una pluribusve. — FRETVM Ferr. — 7 STATVAM] STATVAM... STATVAM (sic) Fil. — CCXXX□ Iuc. Ferr. Fil., CXXX□ Alc., CCXXXII Lil., CCXXXI San. — REGIVM·CCXXXVII SAMA·AF·CAPVA] sic lapis, item Iuc. (apud quem locus a 7 CCXXXVI ad 8 CCCXXI□ in litura legitur) San. Fil., sed CCXXXVI hi tres pro

## VIAE PVBLICAE REGIONVM I. III.

## II. VIA APPIA (p. 682. 992).

ad n. 6823. Pro Papini scr. Rappini.

ad n. 6838. Egregius titulus ne amplius iaceret imperfecte lectus, a me rogatus Dresselius noster Mesam profectus eum invenit (sed quod vix credas in opere positum pro fulcro mensae et propterea perforatum) et ita eum et exceptit et explevit:



P. CLAVDIO · / /  
 - F O V R I O / / / /  
 A I D I L E S  
 f a c c o E R

Addit Dresselius: '2 in. praenomen diductum requiritur, quale est M. vel Q. — Nominis quarta littera dubia est, sed fuit aut R aut F. — 3 vocabuli AIDIL tres primae litterae certae sunt, item hasta sequens certa et ex quinta hasta; ductus qui cernitur inter quartam et quintam casu videtur accessisse. — 4 litterae duae quae supersunt non integrae, nihilominus certissimae sunt. — Numeri incisi sunt in lateribus columnae et VIII quidem ad caput, X ad pedem.' — Quod primum aperuit titulus miliarium repertus inter Falerios et Cures Nazzani (vol. I n. 633): P. Menates P. f. aid. pl. [m. p.] XXX, confirmavit deinde alter repertus ad septimum lapidem viae Latinae (vol. VI n. 1324): Varro Murena, L. Trebellius aed. cur. (c. a. u. c. 725) locum dederunt, etiam extra urbem Romam aedilium partes quasdam fuisse viasque suburbanas ab iis potius quam a consulibus curatas esse, hoc insigni monumento denuo stabilitur. Curules aediles hos fuisse necesse est propter

patriciatum. In quo tempore aedilitatem administrarint si quaeris, Publii Claudii Ap. f. duo fuerunt qui consulatum gesserint, alter a. u. c. 505, alter a. 570; at de hoc cogitari non potest, quoniam teste Livio 38, 35 in aedilitate curuli a. 565 collegam habent Ser. Sulpicium Galbam. Priori quominus cippum tribuamus, nihil obstat, favetque ei adeo cum litteratura tam vetusta, ut senatus consultum de Bacchanalibus cippus hic aliquantum praecedere probabile sit, tum quod exemplo adhuc unico inscriptio collocata est in summa parte columnae. — Numeros duplices ego p. 684 ad decennovium revocavi, cui certe recte conveniunt; nam Appiae miliarium LIII decennovii fuit X, neque quicquam opinor impedit, quominus etiam ea pars Appiae strata sit ante bellum Hannibalicum. Blancherius autem lapidem iudicat stetisse ibi ubi via a Priverno veniens in Appiam incidit, scilicet ut hoc indicet LIII m. p. Romam iri, X m. p. Privernum. Unde proprie prodierit cum ignoretur, certum de numeris iudicium ferri vix potest.

ad n. 6839. 6840. Refert Donius cod. Neap. p. 63 non separatam, sed continuam neque, ut in ed. legitur, ex schedis Vaticanis sumptam, sed descriptam a Nicolao Haut-Buisson. Collocatur Tarracinae ante cathedralem ecclesiam D. Caesarei. Varia lectio est: 6839, 6. 7 coniunguntur — 8 PONTIFEX — 11 SILICES-SVA — 12 STRAVIT] RESTITVIT — 6840, 1 FFF-CCC — 4. 5 SEMPER AV|GGG.

ad n. 6844. Blancherius, qui vidit Trepontii, legit sic:

D N  
 I O B I A  
 N O S E M  
 P E R  
 A V G

ad n. 6845. Blancherius exceptit sic:

§ · BONO · REIP  
 NATO

ad n. 6849. Referuntur numeri hi in tabulis musei Florentini duabus n. 405 Balth. Peruzzi, ubi adsunt a XXX ad CXX, et n. 1210 Antonii Sangallo, ubi adsunt a X ad CXX.

ad n. 6854. Pettius quidam in codice bibl. Pisaurensis Oliverianae n. 66 f. 14' titulum, sumptum nescio unde, fortasse ex Gavotianis, errore collocavit in agro Tudertino sub villula Monticelli<sup>2</sup>, intellegens vicum eius nominis prope oppidum Massa Martana. Inde sumpserunt auctores alii Tudertini Andr. Giovannelli (1742) in cod. bibl. Pisaurensis Oliverianae n. 67 p. 102; Passionei ant. Tudert. ms. n. 31; Laurentius Leonij *memorie storiche di Todi* (Todi 1860) n. 32.

ad n. 6959. 6960. Nuper illatas esse in museum Reginum nuntiat A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 23 Nov. 1882.

ad n. 6867. Pro Pontezitto scr. Ponteritto.

8419 basis rep. Minturnis prope amphitheatrum.

BONO  
 REI PVBLICAE  
 NATO

Franc. Riccardelli in actis Casertanis 1882 p. 114.

Miliarium esse cum hunc titulum tum n. 6080 et n. 6222, fortasse etiam n. 3841 licet quadratae basi inscriptos docuit n. 6845. Steterunt omnes ad Appiam. Id ipsum num item perveniat ad similes n. 1419. 1248. 1678. 6957. 6958, parum liquet.

## V. VIA PVTEOLIS NEAPOLIM (p. 702).

ad n. 6926. Pro Vomano scr. Vomero.

## VIII. CAPVA REGIVM (p. 707).

ad n. 6950. Exemplum quod est in codice Vaticano 6038 f. 19 non a Metello venit, sed annum habet adscriptum a tergo 1567 missumque esse Antonio Augustino a Latino Latinio ex illius ad hunc epistula scripta postr. k. Sept. 1567 (cod. Vatic. 6243 f. 158) intellegitur. Monuit Huelsen.

ad n. 6959. Partis inferioris (nam superior periit) nuper illatae in museum Reginum ectypum misit A. de Lorenzo, qui edidit in ephemeride Regina *la Zagara* 23 Nov. 1882. Duae inscriptiones olim incisae fuerunt, quarum ex superiore hodie v. ultimus solus NATVS superest. Inferior haec est:

DDD NNn  
 CRISPO  
 ET CONSTANTINO  
 NNNOOBBB CAESSS

5 M · X X

ad n. 6960. Hanc quoque columnam iam servat museum Reginum, sed in ea hodie non cerni nisi M·XXI ait de Lorenzo l. c. et in epistula ad me missa.